

floritate nostra præcipiant, & mandent, ut ipsi in Arces, & Fortalitia, & five Propugnacula eorum curæ commissas, & commissa personas a futuris dicti Francisci Maria Ducis hæredibus, & Successoribus mittendas, & jam forsân destinatas, recipiant, & admittant ad effectum Inventarium, & descriptionem Tormentorum bellicorum, armorum, & aliarum munitionum in distis Arcibus, Fortalitiis, five Propugnaculis existentium una cum ministris nostris consi- ciendi, cæteraque omnia, & singula, quæ pro complemento, & totali exequutione concordia prædictæ nomine nostro cum eodem Francisco Maria Duce, seu ejus ministris, & pro eo Agentibus sub die 30. Aprilis proxime præteriti initæ, & celebrata necessaria fuerint, seu quomodolibet oportuna. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Dat. die 1. Julii 1624. An. I.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die prima Julii 1624. Pontificatus Nostri Anno I. (a)

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Considerantes &c. Adrianopolitano Provincie nostræ Romandiolæ, & Exarcatus Ravennæ Præsidi, ac dilecto filio Magistro Diomedio Varese in utraque Signatura nostra Referendario Provincie nostræ Marchie Anconitanæ Gubernatori, necnon eorundem Præsidis, & Gubernatoris in officio successoribus &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 11. Martii 1625. Pontificatus Nostri Anno II.

Sequitur facultas eisdem Apost. Commissariis recipiendi fidelitatis Juramentum, a Gubernatoribus, aliisque Officialibus Status Urbini Sanctæ Sedi Apostolicæ præstandum.

Dilecto filio Franciscino a Cascia Ordinis Minorum Conventualium Vicario Generali.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem.

Cupiente ipso Duce, ut Gubernatores, & alii Officiales fidelitatis Juramentum Sedi Apost. præstent;

§.1. Cum dilectus filius nobilis vir Franciscus Maria Urbini Dux provide considerans, Ducatum Urbini, necnon Civitates Senogallien., & Pisaren., & Sancti Leonis cum Terra, & Arce Majoli, ac totum Statum Montisferetran., aliaque Dominia, Civitates, Oppida, Castra, Terras, Arces, Propugnacula, seu Fortalitia, & loca quæcumque, etiam speciali no-

(a) Idem sequenti anno negotium commissum legitur Exarcatus Ravennæ Præsidi, & Provincie Marchie Gubernatori altero quidem Brevis ejusdem exempli, cujus fœmnam tantummodo referendam esse censuimus.

ta, & expressione digna in, & sub Statu dicti Ducatus Urbini ad præsens quomodolibet compræhensa, ejus Antecessoribus dudum a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris in Feudum data, & concessa, seu alias per eum quomodolibet possessa, per obitum suum sine liberis, & descendentibus masculis legitimis, & naturalibus ob lineam finitam, cum omnibus eorum Territoriis, Districtibus, Jurisdictionibus, membris, Juribus, & pertinentiis universis, excepto Castro Podii Hibernorum, & aliis bonis non feudalis, neque Jurisdictionalibus relaxatis, & reservatis Duci præfato, ejusque hæredibus, & Successoribus in Instrumento Concordiæ celebrato sub die 30. Aprilis proxime præteriti, aperta, ac ad Nos, & Romanam Ecclesiam, Sedemque, & Cameram Apostolicam reversa, & devoluta iri, cupiat suam erga Nos, & hanc Sanctam Sedem Apostolicam fidem, & devotionem, qua semper in nostro, & ejusdem Sedis conspectu claruit, uberioris voluntatis sue significatione omnibus testatâ relinquere, & propterea, ut postquam vitam universæ carnis, ita disponente Domino, ingressus fuerit, illico Civitates, ac Oppida, Terræ, Castra, Arces, Propugnacula, five Fortalitia, & alia loca prædicta Status hujusmodi, illorumque possessio vacua, & expedita, pacifice, & sine strepitu armorum nobis, Sedique, necnon Cameræ prædictis tradantur, & consignentur, ac ut Armorum Gubernatores, Castellani, seu Præfecti Arcium, nec non alii quicumque Officiales quocumque nom ine nuncupati, quibus superintendia, & cura principalis, ab alio militiæ officiali non dependens armorum, & militum cujuscumque Civitatis, Arcis, Oppidi, Fortalitii, & loci incumbit, eorumque, & cujuslibet ipsorum existentibus Locumtinentes ad id paratiores sint, ut Nobis Domino directo Ducatus, & Statuum prædictorum, & Romanæ Ecclesiæ, Sedique, & Cameræ prædictis in nostris, seu personæ a Nobis deputandæ manibus fidelitatis præstent Juramentum, intendat.

Pontifex Commissarios Ap. deputat, qui illud recipiat.

§.2. Nos promptam, & devotam ipsius Francisci Maria Ducis fidem, & devotionem hujusmodi plurimum in Domino commendantes, necnon de tua fide, prudentia, integritate, ac in gravissimis rebus gerendis experientia plurimum in Domino confisi, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine. Tibi, ut a Gubernatoribus Armorum, Castellanis, seu Præfectis Arcium, & aliis quibuscumque officialibus quocumque nomine nuncupatis, quibus superintendia, & cura principalis ab alio militiæ officiali non dependens armorum, & Militum cujuscumque Civitatis, Arcis, Oppidi, Fortalitii, & loci incumbit, eorumque, & cujuslibet ipsorum Locumtinentibus existentibus, & eorum singulis quocumque fidelitatis, & alia quæcumque Juramenta, juxta formam tibi traditam, cum omnibus, & singulis in ea contentis

tentis recipere, & ad hunc effectum, si opus fuerit, & quotiescumque tibi videbitur, quemcumque, seu quoscumque idoneum, seu idoneos Notariorum, seu Notarios, vel Tabelliones tibi benevolos eligere, necnon Gubernatores Armorum, Castellanos, Arcium Præfectos, & alios quoscumque Officiales, eorumque, & cujuslibet ipsorum Locumtinentes existentes præfatos, ad Juramenta hujusmodi, in casu eorum mutationis a futuris eorum successoribus recipiendis, deputare, cæteraque omnia, & singula in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna, etiam si talia sint, vel fuerint, quæ magis specialem, specificam, & expressam requirerent mentionem, facere, dicere, gerere, & exequi libere, & licite possis, & valeas, tenore præsentium, plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impertimur.

Derogat contrariis.

Dat. die, annoque eisdem.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die prima Julii 1624. Pontificatus Nostri Anno I. (a)

LXIV.

Ex Regest. in Secret. Brevis.

Confirmatur Decretum Regis Hispaniarum circa modum inquirendi de Nobilitate, & puritate sanguinis.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Philippi Regis Decretum.

§.1. Exponi Nobis nuper fecit Charissimus in Christo Filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, quod ipse ad obviandum molestiis, atque expensis, quæ in sumendis in Regnis Hispaniarum Informationibus super nobilitate, & puritate sanguinis proveniebant, sub die 10. Februarii 1623, statuit, & decrevit, ut in linea, five lineis, in quibus tres actus positivi nobilitatis, vel puritatis sanguinis legitime facti reperirentur, perinde habeantur, ac si in rem Judicatam, & exequutioni demandatam transiverint, in vimque trium actuum hujusmodi jus reale ipsi personæ, ejusque per lineam rectam, & ut præfertur, probatam descendentiis, acquiratur, ad hoc, ut in lineis, super quibus emanarunt lineæ hujusmodi, pro nobilibus, & idoneis qualificatis sint, & esse censeantur, absque eo quod quicquam aliud, quam personarum de lineis, pro quibus actus hujusmodi emanarunt, descendentiis probare minime teneantur, idemque etiam intelligi voluit, licet actus prædicti in diversis Collegiis, Tribunalibus, Communitatibus, seu uno ex eis dumtaxat adquisiti fuerint, cum hoc ta-

(a) Ejusdem exempli Breve expeditum fuit præfato quoque Lucae Antonio Vicili. Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

men, ut actuum prædictorum acquisitio ad hunc effectum, nullatenus suffragetur, nisi iidem actus in Sancto Inquisitionis Officio compræhensis illius familiaribus, ac trium Ordinum Militarium consilio, seu Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, necnon Ecclesiæ Toletanæ, aut quatuor Salamantin., & uno Oppidi de Alcalá Toletanæ Dioc., ac reliquo Civitatis Vallisoletanæ Majoribus Collegiis proveniant. Et quia in aliis negociis super re judicata novæ interdum, five per Instrumenta de novo reperta, five ob falsitatem seu alias ob causas lites renovantur, voluit idem Philippus Rex, ut tres actus modo, & forma præmissis qualificati in rem transeat Judicatam, jusque præteritibus acquiratur, eidemque rei judicate stetur, & Jus illius vigore acquisitum valeat, etiam si defectus, qui impedimentum afferre potuisset, si prius innotuisset, postea detegatur, & aliâs prout in decreto, sep statuto desuper facto plenius dicitur contineri.

Qui illud Pontificia auctoritate petit roborari.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat dictus Philippus Rex plurimum cupiat, statutum, seu Decretum hujusmodi pro firmiori illius observatione apostolicæ nostræ confirmationis robore communiri:

Confirmat Urbanus.

§.3. Nos ejusdem Philippi Regis votis, quantum cum Domino possumus annuere volentes, supplicationibus ejusdem nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, statutum, seu Decretum hujusmodi, omniaque, & singula in illo contenta, apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus; Insuper auctoritate, & tenore prædictis statuimus, ut is etiam pro actu positivo habeatur, qui per Informationes Collegii Ispalensis fiet, non secus ac si per Collegiorum prædictorum informationes factus fuisset, quodque tres actus positivi, qui pro qualificanda nobilitate requiruntur, unus necessario ex prædicto Ordine Militarium consilio sit, & esse debeat.

Clavulæ apponit.

§.4. Decernentes præsentibus literas, omniaque, & singula in eis contenta valida, firma, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari: Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ubique judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Et derogat obstantibus.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quarumvis Ecclesiarum etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, necnon Militiarum, & Ordinum quorumcumque, etiam Juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis

Decima etiam a Pensionariis persolvenda.

vitae, Diocesi, Patria, & Ditione Eysteten. existens secundum communem estimationem fructuum, & aliorum predictorum.

§.4. Ac similiter integram Decimam omnium pensionum super praemissis assignatarum, & assignandarum semel tantum, ut dictum est percipiendi. Exigen. a quibuscumque Primatibus, Praepositis, Decanis, Capitulis, Canonicis, Rectoribus, Beneficiariis, Abbatibus, Prioribus, Commendatariis, Abbatibus, Prioribus, Fratibus, Militibus, & aliis quocumque nomine nuncupatis secularibus, & regularibus, ceterisque cujuscumque dignitatis, status, gradus, & conditionis existentibus, praeterquam dictis Cardinalibus praedicta quocumque Jure, modo, occasione, & titulo obtinentibus, seu detinentibus, & obtenturis, necnon Oeconomis, & Administratoribus perpetuis, seu temporaliibus, usufructuariis, ac fructus, Pensiones, res, & alia quaecumque hujusmodi jura, & bona ex quacumque causa quavis auctoritate in toto, vel in parte sibi reservata, aut concessa habentibus, vel habitibus secularibus, & regularibus Ordinum, Congregationum, Militiarum, & Hospitalium praedictorum, necnon ab ipsis Ecclesiis, Capitulis, Conventibus, Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, Hospitalibus, Militiis, mensis, massis, & locis quocumque privilegio, & exemptione reali, personali, & mixta antiqua, & immemorabili, pacifica, & continuata suffultis, quos omnes exceptis supradictis in una, vel pluribus solutionibus, ut praefertur, Collectoribus praedictis volumus Decimam praedictam infra terminum ab eisdem Collectoribus praescribendum persolvisse, ita ut, qui pensiones solvere debent, etiam nomine Pensionariorum Decimam pensionum persolvant, & deinde in proximis terminis pensionum hujusmodi eam ratam sibi retineant ad rationem decem pro centenario, nisi iidem Collectores ab ipsismet Pensionariis eam exigere maluerint.

Nulla vero alia suffraganeorum exemptiones.

§.5. Decernentes nullas omnino exemptiones, & Immunitates exactionem Decimae hujusmodi impedire posse; Sicque per quoscumque Judices, & Commissarios, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Cardinales praedictos, & de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Collectores deputantur.

§.6. Ut autem supradicta diligenter executioni demandentur, eundem N. Episcopum, ac dilectum filium Officialem Eysteten. de quorum integritate, & prudentia plurimum confidimus, Decimam praedictam Collectores in Civitate, Diocesi, Patria, & Ditione hujusmodi cum omnibus Jurisdictionibus, quae hujusmodi Collectoribus de jure, vel consuetudine quomodolibet competunt, auctoritate, & tenore praedictis constituimus, & deputamus; mandantes; ut quicquid inde per se, vel Sub-

collectores suos exegerint, id omne in praedictis, & non alios usus erogari curent, & faciant, ac N. Episcopo, & Officiali praedictis plenam, liberam, & amplam, ac absolutam potestatem Decimam hujusmodi ubique eorum arbitrio, habita tamen ratione communis estimationis fructuum, ac etiam onerum cuique Ecclesiae, aut Loco Sacro, vel Pio, unde exigenda erit, incumbentium, taxandi, & exigendi, atque, ubi opus fuerit, moderandi, & ad minorem summam reducendi, praedictos omnes tam conjunctim, quam divisim ad integram illius solutionem, etiam per Edictum locis publicis assignandum, etiam sub censuris, & poenis ecclesiasticis monendi, & requirendi, non parentes, contumaces, & fraudantes in censuras, & poenas praedictas incidisse declarandi, proprietates, fructus, & bona ipsorum apprehendendi, & usque ad satisfactionem retinendi; Perturbatores, molestatores, & rebelles quoscumque, eisque auxilium, consilium, vel favorem publice, vel occulte quovis quaesito colore praestantes, cujuscumque dignitatis, gradus, & ordinis fuerint, praedictis, aliisque censuris, & poenis ecclesiasticis, nec non pecuniariis, ceterisque juris, & facti remedii opportunis compellendi, illasque etiam iteratis vicibus aggravandi, Dignitatibus, Beneficiis, & Officiis omnibus privandi, & amovendi, & ad futura inhabiles faciendi, interdictum ecclesiasticum apponendi, auxiliumque brachii secularis, quandocumque opus fuerit, invocandi; ad fatitatem reverfos, qui debite satisfecerint, ab omnibus censuris, & poenis supradictis in forma Ecclesiae consueta absolvendi. Praeterea si opus fuerit, alios Collectores, & Subcollectores fide, & facultatibus idoneos in Civitate, Diocesi, Patria, & Ditione, quot quot viderint expedire, cum simili, aut limitata, non tamen absolvendi potestate constituendi, eumque, vel alios arbitrio suo revocandi, negligentes, & morosos removendi, ac alium, seu alios subrogandi, quotiescumque eis videbitur, in delinquentes, & contumaces per se, vel alium, seu alios, etiam simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicii inquirendi, ac meritis poenis puniendi, modos, & formas in praedictis servandos praescribendi, & dubia quaecumque in praemissis forte oritura declarandi.

Derogatio contrariorum

§.7. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, ac aliis Apostolicis Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non Ecclesiarum, Monasteriorum, Congregationum, Ordinum, Hospitalium, & Locorum praedictorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, quodque personis praedictis, eorumque Ecclesiis, & locis, vel quibusvis aliis communiter praedicta sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas

Translatum Generalibus Armorum Ferrariae super Militia Bononiensi, Legato Bononiensi asseritur.

Ex Rege s. Secreti. Breve.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Alias a fel. rec. Gregorio Papa XV. Praedecessore nostro emanarunt Literae, tenoris subsequentis videlicet: Gregorius Papa XV. Ad futuram rei memoriam. Reliqua legi possunt in Constit. XVI. Cum alias Gubernium &c. Tom. V. Par. IV. fol. 355.

Recentiorum Gregorii Literae.

§.2. Nunc autem Nos feliciori ipsius militiae regimini, curaque, & gubernio, quantum cum Domino possumus consulere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine, omne jus, omnemque auctoritatem, quae olim Generalibus Armorum Civitatis, & Ducatus nostrorum Ferrariae, super Militia tam equestri, quam pedestri in Civitate, & Comitatu nostris Bononiensi. competeat, seu quomodolibet competere poterat, ab eodem Generale Armorum pro tempore existente tollimus, & auferimus, ac penitus, & omnino sublatae declaramus, eamque sic sublatae in praedictum Legatum ultra illius ordinarias facultates, tenore praesentium, transferimus.

Translatio jurisdictionis, de qua in Rubrica.

§.3. Decernentes praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere: irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

§.4. Non obstantibus praesentis Gregorii Praedecessoris hujusmodi Literis, necnon Regula nostra de jure quaesito non tollendo, aliisque constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit dictae Civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Obstantium derogatio.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die vigesima quinta Julii 1624. Pontificatus Nostri Anno I.

Dat. die 25 Julii 1624. An.I.

Statuta Concilii Viennensis servanda.

ras apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto, nec non personis, eorumque nominibus, cognominibus, Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, & locis hujusmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, exemptionibus, immunitatibus in genere, vel in specie quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, & solutiones Decimarum aliter, quam secundum antiquam taxam, & nisi in universali Decimarum per orbem, aut per universa Romani Imperii loca impositione fieri prohibent, nec non promissionibus, donationibus, obligationibus, juramentis, renunciationibus, viculis, & cautelis in assignatione praedictarum pensionum factis, quibus per impositionem Decimae hujusmodi neminem tenenti, neque eas quoad praemissa contra quemcumque locum habere declaramus, aliisque indultis, & literis apostolicis generalibus, vel specialibus, cujuscumque tenoris existant, per quae praesentibus non expressa, aut totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differti, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, quae omnia contra praedicta nolumus cuiquam suffragari, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides danda transcriptis.

§.8. In percipienda vero Decima praedicta pia memoriae Clem. Papae V. etiam Praedecessoris nostri in Concilio Viennensi editam Constitutionem, ac praesertim, quod ad monetam currentem exigi, quodque nec calices, nec libri, ceteraque Ecclesiarum ornamenta divino cultui dicata, aliave suppellectilia ecclesiastica ex causa pignoris capi, recipi, vel distrahi, aut alias quomodolibet occupari debeant, ubique praecipimus observari, quinimo volumus, ut illius occasione Ecclesiae Materiam, aliaque pia, & sacra loca quaecumque debitis propterea non fraudenter obsequiis, ac divinis in eis cultus, & solitis Altissimo famulantium, & ministrorum numerus, nec eis quoquo modo injungantur onera, aut pia, quae exerceri solent opera, & officia ullo modo minuatur, seu negligantur, sed eorum congrue supportentur onera consueta, nec quicquam etiam plura fortasse Beneficia, aut Pensiones cujuscumque valoris obtinens pro quietantia ultra vigesima partem unius auri nummi solvere cogatur.

Dat. die 16 Julii 1624. An.I.

§.9. Ceterum, ut praesentes omnibus facilius innotescant, volumus, ut praesentium Literarum exempla, etiam impressa, Notarii publici manu subscripta, & alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae sigillo subsignata, eam tamen in iudicio, & extra illud ubique locorum fidem faciant, quam ipse originales facerent, si essent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 16 Julii 1624. Pontificatus nostri Anno I.

teris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.
Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 5. Julii 1624. Pontificatus nostri Anno I.

Dat. die 5. Julii 1624. An.I.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Revocatis Pauli V. Literis, quibus Provincias de Peraiba, Itamaraca, Rio grande, & Maranham Provinciæ de Pernambuco univertat, eadem Provinciæ Ecclesiæ Sancti Salvatoris restituuntur.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium:

Romanus Pontifex a Salvatore, & Domino nostro, qui charitas est, & Deus pacis, super universas orbis Ecclesias, & Provincias constitutus, ut juxta verbum propheticum noxia evellat, & desitiat, utiliaque, & salubria plantet, & ædificet; ea interdem, quæ certis etiam rationabilibus ex causis a Sede Apostolica sancita sunt, ipsa subinde rerum experientia suadente, & ex majoribus causis, quibus præsertim Episcoporum auctoritati, & Jurisdictioni ad visitationis, correctionis, & Justitiæ ministerium fructuosus exercendum, necnon animarum salutis, litibusque, ac controversiis inter eosdem Episcopos, & alios Christianos in remotissimis Christiani Orbis partibus existentes obviam itur, ac spirituali ipsorum Christianifidelium adificationi, pacique, & tranquillitati consulitur, alterat, & immutat, in hisque sollicitudinibus, & providentiæ suæ studium interponit, prout pia Catholicorum Regum vota id exposcunt, & ipse omnibus rerum, temporumque qualitatibus matura consideratione pensatis, conspicit in Domino salubriter expedire.

Pauli PP. V. Literæ revocantur.

§.1. Aliis siquidem a se: re: Paulo Papa V. Prædecessore nostro emanarunt Literæ tenoris subsequenti videlicet, Paulus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. In supereminenti militantis &c. Reliqua legi possunt in Tom.V. Par. IV. fol.6.

Causa revocandi prædictas Literas, & Provincias de Peraiba, Itamaraca, Rio grande, & Maranham Ecclesiæ Sancti Salvatoris restituendi.

§.2. Cum autem, sicut charissimus in Christo Filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus Nobis nuper exponi fecit, eorumdem Provinciarum Vicarius, sive Administrator in vim prædictarum Pauli Prædecessoris hujusmodi Literarum deputatus diem clausit extremum, Ecclesiæque Sancti Salvatoris prædictæ certo tunc expresso modo Pastoris solatio destituta de novo Pastore apostolica auctoritate nuper provifum fuerit; Dismembratio autem, & separatio ab Ecclesiâ S. Salvatoris prædicta de dicta Provincia de Pernambuco, illiusque in

Vicariam, sive Administrationem spiritua-lem erectio, & institutio, necnon Provinciarum Capitanearum nuncupatarum de Peraiba, Itamaraca, Rio grande, & do Maranham, prævia simili illarum ab eadem Ecclesiâ S. Salvatoris separatione, & dismembratione, eidem Provinciæ de Pernambuco unio, & adjunctio per eundem Paulum Prædecessorem, ut præfertur, factæ, non solum in maximum Oppidorum, & locorum dictarum Provinciarum, illarumque Incolarum præjudicium, & damnum cesserint, verum etiam continuis dissidiis, litibus, & controversiis inter Episcopum S. Salvatoris, & earundem Provinciarum Vicarium, & Administratorem, qui pro tempore fuerunt, causam dederint, non sine divini cultus, & Catholicæ Religionis detrimento, gravique eorumdem Incolarum perturbatione, & scandalo, Nobis propterea dictus Philippus Rex humiliter supplicari fecit, ut super præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Urbanus eas restituit.

§.3. Nos igitur qui omni cogitatione, & omni cura in id incumbimus, ut Christianifideles earum præsertim Regionum, in quibus Fides Catholica non ita pridem per imensam Dei misericordiam plantata, continua illorum Populorum ad eandem fidem conversione, feliciter propagatur, in pacis amoenitate, & Justitiæ cultu reddant Domino abundanter fructus suos, pio ipsius Philippi Regis desiderio, quantum Nobis ex alto conceditur, annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præd. Ecclesiam S. Salvatoris, ac modernum illius, & pro tempore existentem Præsulem, necnon mensam Episcopalem dictæ Ecclesiæ adversus separationem, & dismembrationem dictæ Provincie de Pernambuco, ejusque in Vicariam, sive administrationem spiritua-lem, erectionem, & institutionem, necnon Provinciarum Capitanearum hujusmodi, prævia etiam illarum, ut præfertur, ab eadem Ecclesiâ Sancti Salvatoris separatione, & dismembratione, eidem Provinciæ de Pernambuco unionem, & adjunctioem, singulasque Pauli prædecessoris hujusmodi Literas, necnon omnia, & singula in illis contenta, & aliis in pristinum, ac eundemmet, in quo antequam ipsius Pauli prædecessoris tam priores, quam posteriores Literæ hujusmodi emanarent, reperiebantur statum, in omnibus, & per omnia apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuo restituimus, reponimus, & plenarie reintegramus: singulasque Pauli prædecessoris hujusmodi Literas, omniaque in eis quomodolibet contenta, & expressa, auctoritate, & tenore prædictis, ita quod liceat moderno, & pro tempore existenti Episcopo Sancti Salvatoris corporalem, realem, & actualem possessionem omnium, & singularum Provinciarum prædictarum, illarumque bonorum possessionem, seu quasi suo, Ecclesiæque S. Salvatoris prædictæ nomine propria auctoritate libere apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere, omnimodamque in eisdem Provinciis jurisdictionem, & supe-

& superioritatem, quæ Episcopo Sancti Salvatoris antequam singula Literæ Pauli Prædecessoris hujusmodi emanarent, compete-
bat, & competere poterat, exercere, cæteraque omnia, & singula ad Episcopi munus de Jure, vel consuetudine, aut aliis quomodolibet spectant, & pertinent. facere, gerere, & exequi, cujusvis licentia desuper minime requisita, similiter perpetuo revocamus, cassamus, abrogamus, & annullamus, viribusque, & effectu prorsus vacuumus.

Et Ecclesiam S. Salvatoris indemnem a Pauli Literis reddi.

§.4. Necnon Ecclesiam S. Salvatoris, ejusque mensam Episcopalem adversus separationes, & dismembrationes, erectionemque, & institutionem, necnon unionem, & adjunctioem prædictas restitutam, repositam, & plenarie reintegram, prædictasque Pauli Prædecessoris hujusmodi Literas, omniaque in eis contenta, ut præfertur, revocata, cassa, abrogata, annullata, viribusque, & effectu vacua.

Clausulas pro præsentium litterarum firmitate apponit.

§.5. Præsentibus vero Literis cum omnibus, & singulis in eis contentis semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, neque illas etiam ex eo, quod cause, propter quas emanarint, expressæ, verificata, & justificata, aut quicumque in præmissis interesse habentes, sive habere prætendentes ad hoc vocati, citati, & auditi non fuerint, neque illis consenserint, vel aliis ex quocumque capite, prætextu, colore, ingenio, vel causa, de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, redargui, infringi, retractari, in Jus, vel controversiam revocari, ad terminos Juris reduci, aut aliud quodvis gratiæ, vel facti remedium impetrari, seu concedi nullatenus possit: Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios in quavis causa, & instantia judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Et contraria tollit.

§.6. Non obstantibus Pauli Prædecessoris hujusmodi Literis, ac Regula nostra de Jure quaesito non tollendo, cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Dat. die 6. Julii 1624. An.I.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 6. Julii 1624. Pontificatus nostri Anno I.

LXVI.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Impositio Decimæ pro Episcopo Eysteten. in tota ejus Dicecesi.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Militantis Ecclesiæ regimini, disponente Domino, præsentibus, inter graves sollicitudines, quibus pro pastoralis officii,

& apostolicæ servitutis debito continue premimur, ea semper est præcipua, per quam Catholicorum vires ad hostium veræ fidei combatibus resistendū augeri possint, & propterea Ecclesiasticorum Præsulum vota in id tendentia ad exauditionis gratiam libenter admittimus, prout rerum, & temporum qualitatibus debite pensatis conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Causa imponendi decimæ.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, Ven. Frater N. Episcopus Eysteten. cum cæteris Principibus, & Ordinibus tam ecclesiasticis, quam secularibus in Germania ob inibi concitatos per humani generis hostem motus, & catholicæ Religionis defensionem confœderatus, gravia exinde expensarum onera, hætenus sustinuerit, & sustineat ad præsens, ita ut nisi de aliquo subsidio illi opportune prospiciatur, verendum sit, ne tantis oneribus impar succumbat.

Decimæ impositio ad annum tantum.

§.2. His igitur, & aliis gravissimis causis ad Dei gloriam, sanctæque ejus Ecclesiæ defensionem, & exaltationem pertinentibus, adducti, supplicationibus nomine ejusdem N. Episcopi Nobis humiliter porrectis inclinanti, de tributa Nobis a Domino apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium indicimus, & imponimus unam semel per annum integrum in una, vel pluribus solutionibus arbitrio Collectorum infra deputatorum perfolvendam integram Decimam in prædictos dumtaxat, & non in alios usus erogandam omnium, & quorumcumque fructuum reddituum, proventuum, jurium, obventionum, emolumentorum, ac distributionum quotidianarum omnium Ecclesiarum Collegiatarum, Parochialium, necnon Monasteriorum, & Conventuum, ac etiam mensarum Abbatialium, Capitaliarum, tam majoris Eysteten., quam quorumcumque Collegiatarum Ecclesiarum, necnon Conventualium, Prioratum quoque, Præpositurarum, Præceptoriarum, Canoniarum, & Præbendarum, Dignitatum, Personatum, administrationum, & Fabricarum, & officiorum, cæterorumque Beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, ac S. Benedicti, S. Augustini, Cluniacensium, Cisterciensium, Præmonstratensium, & si quæ bona immobilia, redditus certos ex privilegio, vel aliis possident, Mendicantium, ac quorumcumque aliorum Ordinum cujusvis sexus, necnon Congregationum regularium.

Qui excipi debent ab hujusmodi Decimæ solutione.

§.3. Iis dumtaxat exceptis, quæ a Ven. Fratribus Nostri S. R. E. Cardinalibus obtinentur, seu percipiuntur, ac quoad Beneficia curata, iis, quorum annui redditus summam quadraginta ducatorum auri de Camera non excedunt, & præterea Hospitalium etiam pauperum hospitalitatem non exercentium, seu bona, & redditus ultra usus infirmorum, & alia, pro quibus instituta sunt, pia officia exercenda possident, necnon Beatæ Mariæ Teutonicorum, S. Lazari, Templi Dominici, ac quoad illos, qui communi thesauro sui hospitalis onera solita non contribuunt, etiam S. Joannis Hierosolymitani, & aliarum Militiarum in Civitate,

Declaratio, quod Indulgentia Portiuncula hoc Anno Sancto non revocatur.

Hanc Indulgentiam Plenariam perpetuam extendit ad omnia Ordinis Monasteria Fratrum Minorum de observantia, ac Reformatorem Gregor. XV. Const. III. Spiritus Domini. Tom. V. Par. IV. fol. 322.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

Um nuper ob sacri Iubilaei celebrationem a vigilia Nativitatis Domini nostri Jesu Christi anni proxime venturi inchoandam, & usque ad finem ejusdem anni duraturam omnes, & singulas Indulgentias, etiam perpetuas, & peccatorum remissiones quibusvis Ecclesiis, Monasteriis, Hospitiis, & aliis locis piis secularibus, & quorumvis Ordinum etiam Mendicantium Regularibus, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis quomodolibet concessas, de apostolica potestate plenitudine suspendimus, & suspensas esse declaraverimus, easque eodem anno durante nulli prodesse, aut suffragari debere decreverimus, prout in nostris sub plumbis desuper expeditis Literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Indulgentia Portiuncula eximitur a suspensis.

§.1. Nos cupientes, ut Ecclesia Sanctae Mariae Angelorum Domus Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia prope, & extra muros Civitatis Assisinae, congruis frequentetur honoribus, ad eamque Christiani fideles eo libentius accedant, quo exinde spiritualibus gratis se uberius refectos conspexerint.

Derogatio contra.

§.2. Tenore praesentium declaramus, mentis, & intentionis nostrae minime fuisse, nec esse sub praedicta Indulgentiarum suspensione Indulgentiam utriusque sexus Christianis fidelibus praedictam Ecclesiam die secunda mensis Augusti a primis vespere usque ad occasum solis diei hujusmodi visitantibus, & requisita pro eadem Indulgentia consequenda peragentibus concessam comprehendere, prout minime comprehendimus, nec comprehensam esse in verbo Romani Pontificis attestamur. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Dat. die 31. Julii 1624. Ag. I.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 31. Julii 1624. Pontificatus Nostri Anno I.

V. Theatinus.

Ne Fratres Reformati Discalceati Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Hispaniae, post emissam professionem, sub quovis praetextu, transeant ad alios quoscumque Ordines, etiam Fratrum Minorum Sancti Francisci de Paula, excepto Carthusianorum Ordine.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Commisi nobis per abundantiam divinae gratiae pastoralis officii debitum posulat, ut ad ea mentis nostrae aciem sedulo intendamus, per quae Regulares Ordines in Ecclesia Dei militantes felicioribus in dies proficiant incrementis.

Proemium.

§.1. Alias siquidem fel. rec. Paulus Papa V. praedecessor noster, prosero Fratrum Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Discalceatorum Reformatorum nuncupatorum Congregationis Hispaniarum regimini consulere volens, inter alia statuit, & ordinavit, quod nullus omnino tam Fratrum, quam Donatorum dictae Congregationis, post emissam in ea professionem hujusmodi, absque speciali pro tempore existentis Romani Pontificis licentia, certam tunc expressam mentionem faciente, ad moderatos, seu mitigatos, vel alios Fratres, tam Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum hujusmodi, quam aliorum quorumvis Ordinum, Congregationum, & Religionum, etiam emissionis quarti voti, aut alio quocumque praetextu (Carthusianorum Ordine dumtaxat excepto) transire, seu se transferre, aut alias a dicta Congregatione se subtrahere, seu ex ea exire valerent, & alias, prout in ipsius Pauli praedecessoris in simili forma Brevis sub die 18. Augusti 1611. expeditis Literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Paulus V. prohibuit his Fratribus transire ad alios quoscumque Ordines, Carthusianorum Ordine excepto, abque Rom. Pontif. licentia.

§.2. Nunc autem nos majori eorundem Fratrum quieti, & augmento, feliciorique directioni per amplius consulere volentes, supplicationibus dilecti filii Procuratoris Generalis ejusdem Congregationis nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; Quod de cetero nullus Fratrum praedictorum post emissam in dicta Congregatione professionem, ut praefertur, & absque Romani Pontificis licentia praedicta, ad alium quemcumque Ordinem Mendicantium, & non mendicantium, Monachorum, seu Discalceatorum, aut aliarum quarumcumque Religionum tam erectarum, quam erigendarum, etiam emissionis quarti voti, seu perfectioris, & humilioris vitae praesumptione, aut stridioris regulae, seu observantiae praetextu, vel contemplatione, aut alia quantumvis iusta, & probabili, aut legitima causa, sub apostasia, & infamiae perpetuae nota, ac excommunicationis latae sententiae poena se transferre audeat, seu pra-

Urbanus hujusmodi prohibitionem confirmat statuta contra inobedientes poenis.

Qui secus egerint, ad suam Congregationem redire debeant.

Poenae contra Superiores Regulares, qui eos non tradiderint.

Clausula.

Derogatio contrariorum.

Fides danda transumptis.

Dat. die 9. Aug. 1624. An. II.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Facultas, de qua in Rubrica.

presumat; excepto dumtaxat Ordine Carthusianorum, ut praefertur, quatenus ad illum transeundi licentiam a suis Superioribus petierint, & obtinuerint.

§.3. Et quicumque secus fecerit, cum primum desuper monitus fuerit, nulla mora, aut exultatione, & quacumque appellatione, etiam ad nos, seu Sedem Apostolicam interpositis, ad suam propriam Congregationem redire, & Superiorum suorum correctioni se submittere omnino teneatur.

§.4. Praelati vero dictarum Congregationum, ac aliorum Ordinum, & Religionum hujusmodi, ipsos sic translatos, seu fugitivos, & apostatas minime retinere, sed eos, etiam si novam professionem regularem emisserint, sub privatione suorum officiorum, ac similibus excommunicationis poena, suis Superioribus, vel ab eis deputandis id requirentibus, & petentibus statim absque iudicis ministerio tradere, & consignare debeant, apostolica auctoritate, tenore praesentium statuimus, & ordinamus.

§.5. Decernentes sic, & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus omnibus illis, quae in dictis Literis concessa sunt, non obstante, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.7. Volumus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 9. Augusti 1624. Pontificatus nostri Anno I.

LXX.

Facultas Lucae Antonio Virili Commissario Apostolico in Dominis Ducis Urbini creandi Notarios.

Dilecto Filio Magistro Lucae Antonio Virili in utraque Signatura nostra Referendario.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecto Filii salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. UT penuria Notariorum, seu Tabellionum apostolica auctoritate creatorum in Statu, & Ducatu Urbini vigenti subvenire valeas, Tibi, ut quocumque viros vita, moribus, literatura, aliisque qualitatibus ad officium Notariatus, seu Tabellionatus exercendum requisitis habiles, & idoneos in Notarios, seu Tabelliones publicos, recepto prius ab eis nostro, & Romanae Ecclesiae nomine fidelitatis debite solito juramento cum facultate officium Notariatus, & Tabellionatus hujusmodi in quacumque mundi parte exercendi, auctoritate nostra apostolica facere, & creare libere, & licite valeas, eadem auctoritate tenore praesentium facultatem concedimus, & impartimur.

§.2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 9. Augusti 1624. Pontificatus Nostri Anno II. (a)

Dat. die 9. Augusti 1624. An. II.

LXXI.

Beatificatio Ven. Servi Dei Jacobi de Marchia, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, una cum concessione celebrandi Missam, & Officium de Communi Confessorum non Pontificum in Ecclesia dicti Ordinis, ubi Corpus ejus requiescit.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

IN Sede Principis Apostolorum, nullis licet nostris suffragantibus meritis, a Domino constituti, piis fidelium votis libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis.

Proemium.

§.1. Sane pro parte charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici, ac dilectorum filiorum Clerici, & Populi Civitatis Neapolitanae, nec non totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, Nobis nuper expositum fuit, quod bone memoriae Jacobus de Marchia multis, & eximii virtutum, gratiarum, & miraculorum donis a Domino illustratus fuit: quapropter Philippus Rex, ac Clerus, & Populus, nec non Ordo praedicti Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut donec Canonizationis honor dicto Jacobo de Marchia, ob ejus eximiam charitatem, & excellentiam merita, divina aspirante gratia, ab Apostolica Sede decernatur, idem Jacobus de Marchia Beatus nuncupari, atque Officium de eo, ut infra, recitari possit.

Praesens Pontifici exhibita pro V. Jacobi de Marchia Beatificatione.

§.2. Quare Nos, re prius per Venerabiles Fratres nostros Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales Sacris Ritibus praepositos, quibus eam examinandam mandavimus, mature discussa, de eorundem Cardinalium consilio, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut ipse bon. mem. Jacobus de Marchia Beatus nuncupari, atque Officium, & Missa de eo tamquam de Confessore non.

Qui petitis annuit juxta indicata in Rubrica.

(a) Eadem facultas concessa quoque fuit F. Franciscano a Cascia.

1624.

Pontifice in Ecclesia tantummodo S. Marię della Nova nuncupatę, Civitatis Neapolitanę, ubi corpus ejusdem requiescere asseritur, recitari, & celebrari respective libere, & licite possit, & valeat, apostolica auctoritate, tenore presentium licentiam, & facultatem concedimus, & impertimur.

Derogatio contrariorum

Dat. die 12. Augusti. 1624. An. II.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die decimasecunda Augusti 1624. Pontificatus nostri Anno II.

Sequitur extensio dictę Concessionis ad omnes Fratres ejusdem Ordinis ubique existentes.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Recensetur precedens Indultum.

Nuper pro parte charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici, ac dilectorum filiorum Cleri, & Populi Civitatis Neapolitanę, nec non totius Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Nobis exposito, quod bon. mem. Jacobus de Marchia multis, & eximiiis virtutum, gratiarum, & miraculorum donis a Domino illustratus fuerat, & propterea Philippi Regis, ac Cleri, & Populi, nec non Ordinis predictorum nominibus humiliter supplicato, ut donec Canonizationis honor dicto Jacobo de Marchia, ob ejus eximiam claritatem, & excellentia merita, divina adspirante gratia, ab Apostolica Sede decerneretur, idem Jacobus de Marchia Beatus nuncupari, atque Officium de eo, ut infra, recitari posset; Nos, re prius per Venerabiles Fratres nostros Sanctę Romanę Ecclesię Cardinales Sacris Ritibus prepositos, quibus eam examinandam mandaveramus, mature discussa, de eorumdem Cardinalium consilio, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut ipse bon. mem. Jacobus de Marchia Beatus nuncupari, atque Officium, & Missa de eo tamquam de Confessore non Pontifice in Ecclesia tantummodo Sanctę Marię della Nova nuncupata Civitatis Neapolitanę, ubi corpus ejusdem requiescere asseritur, recitari, & celebrari respective libere, & licite possit, & valeat, apostolica auctoritate licentiam, & facultatem concessimus: prout in nostris in simili forma Brevis desuper expeditis literis, quarum tenores presentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Extensio, de qua in Rubric.

§.1. Cum autem, sicut Philippus Rex, ac Clerus, & Populus, Ordoque predicti Nobis nuper exponi fecerunt, pro eo, quem erga dictum Beatum Jacobum de Marchia concedimus, concessionem hujusmodi ad universum Ordinem predictum extendi: Nos Pii Philippi Regis, ac Cleri, & Populi, necnon Ordinis eorumdem votis in premissis

per amplius annuere volentes, singulareque Cleri, & Populi, necnon Ordinis predictorum personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis denuo super hoc humiliter porrectis inclinati: de Cardinalium predictorum consilio concessionem hujusmodi ad universum Ordinem Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum predictum, itaut ab omnibus illius personis Ordinis, & Missa de Beato Jacobo tamquam de Confessore non Pontifice, juxta tamen Rubricas Missalis, & Breviarii Romani, recitari, & celebrari respective similiter possit, & valeat, eadem auctoritate, tenore presentium extendimus, & ampliamus.

Derogatio contrariorum

Fides danda transumptis.

Dat. die 23. Octobris. 1624. An. II.

§.2. Non obstantibus omnibus illis, quę in dictis Literis volumus non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.3. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personę in dignitate ecclesiastica constitutę munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quę presentibus adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensę.

Datum Tusculi sub Annulo Piscatoris, die 23. Octobris 1624. Pontificatus nostri Anno II.

L X X I I.

Indultum recitandi Officium, & celebrandi Missam de Beata Clara de Monte Falchione Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, pro Ordinis predicti Fratribus, & Monialibus.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Domini nostri Jesu Christi, qui servos, & ancillas suas aeternę glorię premio donat in cęlis, vices quamquam immeriti gerentes in terris, ex injuncto Nobis pastoralis officii debito procurare tenemur, ut eorumdem servorum, & ancillarum Christi debita veneratio in dies magis promoveatur, & laudetur Dominus in Sanctis suis. Quamobrem fidelium quorumlibet, presentium vero sub suavi religionis jugo altissimo famulantium votis, quę peculiarem Sanctorum hujusmodi cultum respiciunt, libenter annuimus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Ordinis Eremitarum Sancti Augustini preces.

§.1. Sane nomine dilectorum filiorum Procuratoris Generalis, & Fratrum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Nobis nuper expositum fuit, quod ipsi ex peculiari, quem erga Beatam Claram de Monte Falchione,

1624.

chio ejusdem Ordinis Monalem, gerunt devotionis affectu, in cujus visceribus Passionis Domini nostri Jesu Christi mysteria, maxima cum devotione in vicinis incolis venerari asserunt, & ad augendam Christianidelium erga illam devotionem Officium, & Missam de eadem Beata Clara recitari, & celebrari posse summo opere desiderant; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut desuper opportune providere de benignitate apostolica dignemur.

Indultum celebrandi Missam, & recitandi Officium de B. Clara.

§.2. Nos igitur piis eorumdem Procuratoris, & Fratrum votis hujusmodi annuere, illosque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctę Romanę Ecclesię Cardinalium Sacris Ritibus preceptorum consilio, ut de dicta Beata Clara Officium, & Missa de Communi Virginum cum oratione propria, in ejusdem Ordinis Missalibus inserta, ab omnibus Ordinis predicti utriusque sexus regularibus personis tantum recitari, & celebrari libere, & licite possit, & valeat, apostolica auctoritate, tenore presentium licentiam concedimus, & impertimur.

Derogatio contrariorum

Fides danda transumptis.

Dat. die 14. Augusti. 1624. An. II.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personę in dignitate ecclesiastica constitutę munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quę ipsi presentibus adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensę.

Datum Romę apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 14. Augusti 1624. Pontificatus nostri Anno I.

dantiam cęlestis misericordię credidit, iugiter Nos admonet, ut inter multiplices, gravissimasque apostolicę servituti curas, eam peculiari sollicitudine amplectamur, qua privilegia piis Christianidelium Congregationibus in militanti Ecclesia ad divini nominis laudem, & gloriam, sanctęque fidei catholice exaltationem salubriter instituta a Sede Apostolica concessa non solum conserventur, verum etiam Congregationes ipse novis ab eadem Sede gratiis, atque indultis decorentur, prout rerum, & temporum qualitatibus debite pensatis, conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Attentis eximii Monacho rum hujusce Congregationis meritis

§.1. Hinc est, quod Nos ad uberes fructus, quos dilecti filii Monachi Congregationis Cęlestinorum Ordinis Sancti Benedicti, vel ab ipsius Congregationis primordio in eadem Ecclesia magno cum Republicę Christianę spirituali commodo attulerunt, & in dies afferunt, paternę dirigentes considerationis intuitum, & attente prospiciente, quod Congregatio predicta una ex duodecim existit, quę cum Camera Apostolica tempore fel. rec. Pii Papę Quinti Prędecessoris nostri de subsidio ordinario concordavit: Necnon Monachos predictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes: Motu proprio non ad Abbatis, seu Procuratoris Generalium, aut aliorum quorumcumque Superiorum, vel Monachorum ejusdem Congregationis, aut alterius pro eis Nobis oblate petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine omni, & singula privilegia, prerogativas, favores, facultates, declarationes, libertates, immunitates, exemptiones, preminentias, indulta, aliasque gratias tam spirituales, quam temporales cujusvis generis, & speciei existentes, tam Cassinensi Ordini Sancti Benedicti, quam quibusvis aliis Monachorum Congregationibus, eorumque Superioribus, Pręsidentibus, Abbatibus, Monachis, aliisque regularibus personis, necnon Ecclesiis, Monasteriis, & Locis regularibus quibuscumque tam specialiter, & nominatim, quam in genere, & per viam communicationis, vel extensionis, aut alias quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifices Prędecessores nostros, seu Nos, & Sedem Apostolicam, eorumque, & nostros de latere Legatos, & Nuntios sufficienti ad id auctoritate suffultos, concessa, & in futurum per Successores nostros, aut alios auctoritatem habentes concedenda, & quibus ipse Congregationes, eorumque Abbates, & alii quocumque nomine nuncupati Superiores, & Monachi, ceteraque personę regulares de jure, usu, consuetudine, privilegio,

Eisdem aliis Congregationum, ac potissimum Cassinensis privilegia conceduntur.

XXIII. Congregationi Monachorum Cęlestinorum Ordinis Sancti Benedicti communicantur gratię, & privilegia omnia Congregationi Cassinensi, aliisque Monachorum Congregationibus concessa, & concedenda.

De Statu dictę Congregationis Cęlestinorum, vide Constit. I. Cęlestini V. Tom. III. Par. II. fol. 70.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procerium.

Sacro sancti apostolatus ministerium, quod ineffabilis divinarum sapientię, & scientię Dei altitudo humilitati nostrę, nullis licet suffragantibus meritis, per abundantiam Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

H h 2 vilegio,

vilegio, aut concessione apostolica in genere, vel in specie, ac tam conjunctim, quam divisim, seu aliis quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, dummodo tamen sint in usu, & non sint revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non adversentur, Congregationi Coelestinorum predictae, illiusque Generali, ac ceteris Abbatibus, Prioribus, & aliis quocumque nomine nuncupatis Superioribus, Monachis, & personis regularibus quibuscumque, nec non Monasteriis, Ecclesiis, Domibus, Conventibus, & Locis regularibus quibuslibet, tenore presentium perpetuo concedimus, dictaque privilegia, indulta, immunitates, exemptiones, ac gratias spirituales, & temporales hujusmodi primodictae Congregationi, illiusque Generali, ceterisque Abbatibus, Prioribus, Monachis, & personis predictis, nec non Ecclesiis, Monasteriis, & regularibus locis communicamus, illaque ad eos, & illa extendimus; Ita quod Congregatio Coelestinorum predicta, illiusque Generalis, & ceteri Abbates, Superiores, Monachi, & persona hujusmodi, eorumque Monasteria, Prioratus, Grangiae, Domus, Ecclesiae, Oratoria, Collegia, & alia loca regularia, necnon res, & bona quaecumque praemissis omnibus, & singulis non solum ad aliarum Congregationum instar, sed pariformiter, & aequae principaliter uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, perinde ac si omnia illis, & eorum singulis specialiter, & expresse, & non ad instar, sed a principio concessa, & in primodictae Congregationis favorem a Sede Apostolica nominatim emanassent.

§.2. Decernentes, praesentes literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut alio quopiam defectu notari, impugnari, redargui, seu infringi, aut in jus, vel controversiam revocari posse, sed eas semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Congregationi Coelestinorum hujusmodi, illiusque personis, & locis regularibus supra expressis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari.

§.3. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores ubique judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Quocirca Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque locorum Ordinariis quibuscumque, nec non dilecto filio Causarum Curiae Camerae Apostolicae Generali Auditore per praesentes committimus, & mandamus, quatenus quilibet eorum, quandocumque per se, vel alium, seu alios, praesentes li-

Clausula.

Decretum irritans addit.

Judices Conservatores dati.

teras, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Abbatis Generalis, & Monachorum Congregationis Coelestinorum Ordinis Sancti Benedicti praedictorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciant auctoritate nostra, eisdem plenum eorum effectum sortiri, illisque omnes, quos concernunt, pacifice frui, & gaudere; non permittentes, quemquam desuper contra praesentium tenorem sub quovis praetextu, & causa, etiam defectu intentionis nostrae, per quoscumque quomodolibet indebite molestari: quinimo quicquid in contrarium attentari, vel fieri contingerit, omnino semper in pristinum reponi; Contradictores quoscumque, & rebelles etiam per quascumque, de quibusvis eis videbitur, censuras, & poenas ecclesiasticas, ac alia opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimeque super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac pia memoria Bonifacii Papae Octavi, etiam Praedecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad iudicium non trahatur, aliisque Apostolicis Constitutionibus, Ordinationibus, ac Ordinum, & Congregationum hujusmodi statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, etiam quod in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma derogari possit; tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§.6. Verum, quia difficile foret, praesentes Literas, ubicumque opus esset, deferri; volumus;

Obstantia tolluntur.

Transumptis danda fides.

volimus; & pari auctoritate decernimus, quod illarum transumptis, etiam impressis, manualicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica, constitutae munitis, eadem proflus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dar. die 14. Augusti 1624. An. II.

Datum Romae apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris, die 14. Augusti 1624. Pontificatus nostri Anno II.

Sequitur facultas concessa Abbati Generali eas faciendi functiones, quas alii Abbates exempti facere consueverunt, hahituque Praelatorum Regularium, & in Monasteriis suis Ordinis pontificalibus indumentis utendi, ac Missas solemniter celebrandi, &c.

PAULUS PAPA V.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

EX in iuncto Nobis Apostolici muneris debito jus suum unicuique conservare tenemur.

Coelestinus PP. V. Abbatum hujus Congregationis Indultum excoecendi Pontificalia concessit.

§.1. Proinde cum, sicut pro parte dilecti filii Celsi Romani Abbatis Generalis Congregationis Coelestinorum Ordinis Sancti Benedicti Nobis nuper expositum fuit, ex antiquo privilegio apostolico a fel. recor. Coelestino Papa V. nimirum concessio, & ab Eugenio IV. & aliis Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris confirmato, pro tempore existens, Abbas Generalis dictae Congregationis Coelestinorum functiones omnes, quas ceteri omnes Abbates exempti faciunt, & exercere, facere, necnon semper tam in Urbe, quam in omnibus aliis Civitatibus, & ubique locorum habitum Praelatorum Regularium, caputium scilicet, sive mozzettam super mantelletto, & biretum quadratum, more Clericorum saecularium, ac pileum more Praelatorum, ac in Ecclesiis, & Monasteriis suo Ordini subiectis cappa, baculo, mitra, & ceteris Pontificalibus indumentis uti, & in eisdem Ecclesiis missas solemniter more aliorum Abbatum Benedictinorum celebrare, ac Monachis sui Ordinis, & aliis Christi fidelibus quibuscumque ad dicti Abbatis Missas audientias convenientibus, & interessentibus, quandocumque Episcopi, & alii Superiores Praelati, & S. R. E. Cardinales ibi praesentes non sint, solemnem benedictionem imperitari possint, & consueverint: cumque in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super sacris Ritibus, & Ceremoniis deputatorum, examinatis privilegiis supradictis, decretum semel atque iterum fuerit, praedictum Abbatem Generalem Congregationis Coelestinorum pro tempore existentem in pacifica possessione omnium, & singulorum praemissorum manutene. esse: illumque a quovis Episcopo, vel Ordinario locorum, aut eorum Vicariis, & aliis quibuscumque personis super praemissis molestari, perturbari, vel inquietari non posse declaratum fuerit;

Et subinde Cong. Rituum in possessione manutene. nendum esse decrevit.

& cum sicut eadem expositio subjungebat, ipse Celsus Abbas pro majori eorumdem decretorum validitate cupiat, illa confirmationis Apostolicae robore communiri;

§.2. Nos illius honestis votis benigne annuentes, ac ipsum Celsum Abbatem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, Decreta eiusdem Congregationis auctoritate apostolica tenore praesentium confirmantes, & approbantes, juxta illorum seriem per easdem praesentes decernimus, & declaramus, praedictum Celsum modernum Abbatem Congregationis Coelestinorum, ejusque successores, stante antiqua possessione dicti Abbatis, & praedecessorum praedicta faciendi, & exercendi, in pacifica possessione omnium, & singulorum praemissorum manutene. esse, ac manutene. esse, nec illos, aut quempiam illorum a quovis Episcopo, vel Ordinario locorum, aut eorum Vicariis, & aliis quibuscumque personis desuper quovis praetextu molestari, perturbari, vel inquietari nullatenus posse.

Hec omnia confirmat Paulus PP. V.

Clausula.

§.3. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, irritumque, & inane quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores designati.

§.4. Quocirca dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus ejusmodi Congregationis apud nos, & Apostolicam Sedem Protectori, & causarum Curiae Camerae Apostolicae Generali Auditore per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum praesentes Literas, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dicti Celsi moderni, aut pro tempore existentis Abbatis Generalis dictae Congregationis fuerint requisiti, solemniter publicantes, ac ipsi Abbati in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra illum eorumdem praemissorum effectum pacifice frui, & gaudere; non permittentes, illum desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari: contradictores quoscumque per censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§.5. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papa VIII. etiam Praedecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad iudicium non trahatur, aliisque Apostolicis Constitutionibus,

Derogatio contrarium.